1473. 3/IX

Kasimirus rex Poloniae

Civitatem Wieliczka a onere podwody liberat

Kazimirus dei gracia Rex Polonie Magnus dux Lithwanie Russie Prussieque dominus et heres etc. Significamus tenore
presencium universis quibus expedit. Quod attendentes Civitatem nostram Wyelyczka casu infausto voragine ignis magna in parte
fuisse novissime consumptam, Cives ex post et incole eiusdem notabilia in bonis eorum damna susceperunt, quibus obstantibus
domorum suarum edificiis nequeunt intendere, volentes eosdem nostre liberalitatis et beneficiencie gracia speciali se esse suffultos
senserint, ipsorum igitur civium predictorum defectum dampnisque per eos talibus susceptis compati et parte in aliqua opitulari
et succurrere ipsis volentes, Infra scriptos seu a data presencium a podvodis ad decem, a censibus vero omnibusque et singulis
provenientibus redditibus laboribus honoribus contribucionibus exaccionibus quibuslibet et aliis angariis oneribusque
ceteris provenientibus eorum quocunque vocentur solucionibus ad decem annorum continue se sequentum decursum ipsos absolvimus
eximimus emittimus et libertavimus emittimusque et absolvimus tenore presencium mediante. Tibi igitur Magnifico Jacobo
de Dambno Regni Polonie Cancellario Cracoviensi Sandeczensi et Sczirzicensi Capitaneo sincere nobis dilecto et aliis officialibus
nostris pro tempore existentibus committimus et mandamus omnino hic volentes quatenus Cives et incolas Civitatis nostre
predicte quorum dumtaxat bona ut premissum est incendio et voragine ignis sunt absumpta in huiusmodi libertate
nostra conservantes census contribuciones exacciones quaslibet labores podwodas et alias angarias non exigatis sive
per quempiam exigi admittatis. harum quibus sigillum nostrum est subappensum testimonio literarum. Datum Cracovie
feria sexta post Egidii proxima Anno domini Millesimoquadringentesimo septuagesimotercio

Relacio Magnifici Jacobi de Dambno
Regni Polonie Canc. et Capit. Crac.

Pos. excussionem Civitatis
Libertas de n[on] dand[o] excussionib[us]

N 49

od Czopowego

1473
drukowany w N° 28